



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

70. An relinquere aliquem ritum in consecratione Episcoporum sit tantum peccatum veniale ratione parvitatis materiæ? Et quid, si absque Mitra Episcopus ministraret Sacram. Confirmationis? Ex p. 12. ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)

Et can saltem in tali inuersione Episcopus peccet mortalius? Ex p. 12. tr. 1. Ref. 69.

S. I. **Q**uoad primum, difficultas procedit in sen-
tientia Isamberti, & aliorum assertentium,
inunctionem Chrismaticam esse de substantia Confe-
crationis, & hoc non obstante, puto in tali casu Con-

*Sup. hoc in secratorem Episcopalem esse validam. Probatur
tom. 2. tr. 1. à fortiori, nam si Sacerdos in Missa prius consecratur.
Ref. 22. 8. §. ret Sanguinem, & postea Corpus Christi, peccaret
Et confir- matur. pro- quidem mortaliter, sed consecratio esset valida, vt
pē fin. verf. recte obseruat, & docet Suarez in 3. part. tom. 3. disp. 85.
Vnde ex his. *sc̄ta. & Auerfa de Sacrific. quāst. 15. sc̄ta. 26. & post*
& in Refol. *illos Pater Quartus in Rubr. Missals, quāst. Proœm-
ſeff. 5. pūmēl. 6. quod idem dico de Episcopo in ordi-
natione Subdiaconi tradente prius Calicem, & Paten-
nam, & postea librum, & sic in ordinatione Diaconi.**

*Et hanc doctrinam pulchre confirmat Pater Amicus in Cursu Theologico tom. 7. disp. 2. sc̄ta. 4. num. 51. vbi
sic ait: [Quod autem possit prior potestas conferri
sine posteriori, pater tum in Presbyteratu in quo po-
testas conficiendi Corpus, & Sanguinem Christi
conferri potest, non collata potestate absoluendi
à peccatis: tunc etiam in Diaconatu; eadēque ra-
tio est de Subdiaconatu: potest enim tum Diacono
conferri potestas ministrandi in Altari non collata
potestate legendi Euangelia, quām Subdiacono po-
testas tractandi sacra Vasa non collata potestate
legendi Epistolam. Quin addo in Diaconatu, & Subdia-
conatu conferri posse posteriorē potestatē non
collata priori. Colligo ex prædictato cap. Presbyter, in
quo Pontifex præcipit ut si in Ordinatione Diaconi
omisla sit manus impositio non debeat totus Ordo
iterari, sed solum statu tempore caute supplendum
quod per errorem omisum fuit. Supponit igitur Pon-
tifex validē collatam fuisse posteriorē potestatē
legendi Euangelia absque priori, quā datur per im-
positionem manus Episcopi: alioqui non sat fuisse
supplere solum manus impositionem, sed etiam reite-
rare Euangeliorum traditionem, si haec validē con-
ferri non potuisset, non collata priori. Hæc tamē
doctrina non verificatur de Presbyteratu, cuius licet
prior potestas conferri possit sine posteriori, vt ex eo-
dem cap. Presbyter constat, non tamē contra conferri
potest posterior absque priori. Cuius ratio est, quoniam
potestas supra Corpus mysticum Christi supponit
potestatē suprà verūm Corpus eiusdem.] Hucusque
Amicus confirmans superius à nobis dicta.*

2. Sed difficultas est, an in tali inuersione Episco-
pus consecratus peccet mortaliter, & videatur, secluso
scandalo, & contemptu, peccare tantum venialiter.
Probatur quia in tali inuersione non variatur substan-
tia consecrationis Episcopalis, sed tantum modus.
Ergo non adest, nisi culpa venialis, sicut qui recita-
ret parvas horas ante matutinum non peccaret, nisi
venialiter; nam in tali variatione tollitur tantum
modus & non substantia præcepti, vt etiam accideret
in Ieiunio, si quis mane fumeret collationem sero-
nam, & postea in nocte cenaret. Adde quod dicti
titus in Consecratione Episcopi non videntur habere
connexiōnem inter se, nec Ordinationem, ac relatio-
nem unius ad alterum, & sat ego dicere de Episco-
po ordinante Subdiaconum & Diaconum, si adhibe-
ret inuersiōnem in portigendis instrumentis. Verūm
quia pro firmanda hac sententia nullum habeo Au-
thorem, & ego nolo esse primus ad illam docendam,
ideo tu Lector cogita; & quidem me nimis urgunt in
contumaciam verba Cast. Pal. tom. 4. tr. 18. pūmēl. 4. n. 11.
vbi sic ait: [At si mutatio valorem Sacramenti non
impedit, alii videtur posset non esse graue, sed solum
leue peccatum ea mutatione vti, quia est accidentalis

mutatio. Sed omnino tenendum est per se, & seclusa
necessitate mortale peccatum esse, quia est falter
contra præceptum Ecclesiæ in Christi institutione
fundatum, Ecclesia namque præscribens modum in
administratione Sacramentorum illum secundum
præcipit, aliis in re ita gravi, qualis est modus admis-
trandi Sacraenta, nihil firmum esset, si fideles
obligati non essent unicum, uniformem modum ser-
uare.] Ita Palaus; ideo, vt dixi, tu cogita.

R E S O L . L X X .

*An relinquere aliquem ritum in Consecratione Epis-
copi, sit tantum peccatum veniale ratione par-
tatis materia?*

*E: quid, si absque Mithra Episcopus ministrare Sacra-
mentum Confirmationis? Ex part. 12. ii. 1. Ref. 70.*

S. I. **P**ax Iordanus tom. 1. lib. 5. tit. 2. num. 2. obseruat
Ex Abbate Burrio, & aliis factos Ritus Con-
secrationis Episcopalis alios esse substantiales, quo-
rum omisla irritam reddat consecrationem, neque
suppleri possunt, sed ex integro reperiendi sunt; alij
solemnes dicuntur, qui non invalidant ordinationem,
sed suppleri omnino debent, aut per Papan dispense-
rati. Nonnulli vero sunt dubii, an sint substantiales,
nec ne, & tunc fit consecrationis iteratio. Ceteri ho-
nesti reputantur leues, quorum omisla, nec reite-
racionem, nec supplementum requirit, quamvis tunis
sit suppleri. Ita Iordanus. His suppositis credo non
dari paruitatem materiæ in sequentibus: vi. v. g.
Primò in impositione Codicis Euangeliorum super
ceruicem, & scapulas ordinandi, & in ipsa libri tradi-
tione dicendo, *Accipe Euangelium, &c.* Secundò in
impositione manuum trium Episcoporum super caput
Ordinandi, dicendo, *Accipe Spiritum sanctum, &c.* Tertiò in numero trium Episcoporum. Quartò in in-
troductione chrismatica manuum, & capituli. In enim, & similibus omisliōne, quidquid sit de validitate con-
secrationis, puto semper adeisse peccatum mortale.

2. Difficultas est de quarto genere Rituum, de quin-
ibus Iordanus, vbi supra num. 52. sic ait: [In Episcopi
vero consecratione inter levia, & honesta celebantur
traditi baculi Pastoralis, Annuli, Mithra, Chiro-
thecharum, Osculi pacis, Intronizatio, & solemnis
per Ecclesiam benedictio, & his simili, quæ omitti
quidem non debent, sed omisla non irritant, nec de
honestate repeti debent secundum prædicta.] Ita illae
sed ut verum fatear, quod traditionem Annuli, &
Baculi Pastoralis habeo aliquam difficultatem, nam
Nicolaus Isambertus in 3. part. tom. 3. de Sacramento
Ordinis, disp. 3. art. 4. putat traditionem Annuli, &
Baculi esse materiam substantialem consecrationis;
ergo in omisliōne ictorum instrumentorum non po-
tent dari paruitas materiæ.

3. Addo, quod per traditionem Annuli signifi-
cat coniugium spirituale initum inter Episcopum, &
Ecclesiam, & ideo non excusat peccato mortali-
eius omisliōne.

4. Paruitatem materiæ constituentis tantum pecca-
tum veniale, reducendam forsan effit ad omisliōne
vnius interrogatio Episcopo facienda, vel omisliōne
Chirothecharum, vel Sandalium, vel Pluvialis;
pertinent enim ad ornamenti, sed non omnia simul,
& collectiū omitti debent, & secluso scandalo, &
contemptu.

5. Si autem idem dicendum est de Mithra nego, &
ideo alibi probasi Episcopum ministrantem Sacra-
mentum Confirmationis absque Mithra peccare mor-
taliter, & idem postea, me tamen non citato, docuit
Pafqua

Paquagius in qq. Canon. cent. i. quæst. xi. num. 6. vbi sic

ait: [An autem peccet mortaliter si non adhibeat vnum solum ex insignibus Episcopaliis, adhibitis tamen ceteris. Respondeo, si omittet Mithram, peccate mortaliter, quia hæc sola est illa, quæ tanquam proprium insigne Episcopale adhibetur in exercitio ministrandi Sacramentum; secus autem existimo de ceteris, quia omissione unius tantum non tolleret substantiam apparatus exterioris Episcopalis, adhuc enim ratione ceterorum insignium appareret ille minister, qui reuera est.] Ita ille.

RESOL. LXXI.

Quam scientiam Episcopus ante Consecrationem habere tenatur?

Et deductio Examinatores promouentes Episcopum in dictum, &c. lethaliiter peccare.

Equivocatur an eligendus sit ad Episcopatum Theologus an Canonista? Ex p. i. 2. tr. 1. Ref. 72.

§. 1. Responder ad hoc dubium Petrus Marchant. In tribunali Sacramentali tom. 3. tr. 7. iu. 2. q. 2. solu. 2. vbi sic ait: Episcopus antequam consecratur, tenet sub pena peccati mortaliter scire omnia, quæ in Scriptura, & Legibus ac Canonibus Ecclesie continentur ad sui officij executionem necessaria. Talia sunt mandata Dei, & Ecclesie primaria deicta & præcepta, articuli omnes ad fidem pertinentes, eo tunc principia, & fundamenta, materia & forma Sacramentorum, ac ritus ea administrandi, & alia huiusmodi, sine quibus munia Episcopi verè exerciti nequeunt.

2. Ratio clara est: Quia alias se, & sibi commissos exponit pericula grauium peccatorum, & abusuum, sive etiam negligenter, & omissionis eorum, ad quæ tam pli, quam oves ipsi commissæ tenentur.

3. Dixi (mortaliter) ut exclaudam scientiam Physicam, & numeralem, quæ ex tempore omnia dici, & exprimi possunt; Talis enim scientia sapientiæ etiam in doctissimo viro impossibilis est: sufficit igitur, & requiritur in Episcopo prædictorum scientia moralis: moralem autem voco; Quando scientur illa in suis principiis, & fundamentis, ita ut addito modico studio, & diligentia ceteri scrici, & penetrari possunt, vñquam inquisitione, consultatione, & deliberatione adhibita. Et hoc est quod inquit mandatur in septima Synodo suprà allegata. Si in promptu habeat legem scrutabilitæ legem habete censem, qui principia, & primas conclusiones legis habet, ita ut modico studio, inquisitione, & diligentia occurrentibus difficultatibus sibi, & aliis satisfacere possit: Excedit autem transiitiam scientiam, quæ est eorum, qui audiuerunt quidem, & in genere perceperunt, sed ita transiit, ut principiis principales conclusiones animo fortiter non inhærent, ita ut per se ea scrutari non possint: H. enim verè ignari, & inscientes dici debet.

4. Et hoc sensu intelligendum est quod aliqui ex Graeco verbo pro Doct. pronunt. *sæde n. 2. id est, docibilem*; Docibilis enim illa est, qui ex primis principiis faciliter alia infest, vel modico studio cetera penetrant. Vnde Cyprianus ad Pompeiū Epif. 74. Docibilis (inquit) illa est, qui est ad descendi patientiam lenis. Oportet enim Episcopum non tantum docere, sed etiam dicere. Quia ille melius docet, qui quotidie crederit, & proficit discendo meliora, & S. Ambr. lib. de Officiis cap. 1. de seipso qui in ciuilibus fuerat occupatus nec Theologicis ita potuerat imbuiri: Discendum (inquit) mihi simul, & docendum est, quoniam non vacauit ante dicere: Et quantumlibet quisque profes-

cerit, nemo est qui doceri non egeat, domi viguit.

5. Ex quibus infero: Episcopum in conscientiæ sua debere duo saltem habere, Primum Principia, & fundamenta doctrinæ, & scientiæ eorum, quæ in Episcopo ad officij iuri exectionem requiruntur in Sacra Scriptura, & Theologica Doctrina, quam in Canonibus. Secundum diligentiam, sedulitatem, promptiæ voluntatem se in illis firmandi, & proficiendi studio, inquisitione, Consultationibus. Qui alterius suscipit Episcopatum peccat mortaliter, & si non conetur se in dictis scienter perficere, in périculo continuo peccati mortalisi veletur.

Dices: per alios quos adhibet in Consilium ignorantiam supplices potest.

6. Respondeo primò, Episcopi officium esse personale, & Pastorem posse ipsum, quantum impedimento urgente non præpeditur, debet gregem pacere. Vnde est illud 1. Petri 5. 2. Pascite qui in vobis est gregem Domini. Et illud Act. 20. Attende vobis & viuetio gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei: Vbi notanda sunt verba vobis, & vos, quæ planè personalia sunt, & alicet nos, & macerarios exclusuntur.

7. Respondeo secundò, Consiliorum munus esse Consultationibus suum iudicium, & scientiæ, ac consultationis causam, depromere: Idecirco sanctum est Consilia expondere, sed Episcoporum est resoluere, inter consilia discernere & ex consiliis, quod satius videtur eligere: si vero Episcopus sit imperitus, & scientiæ fundamenta non habeat; quomodo inter bona, & mala, inter utilia, & utiliora discernere poterit, aut resoluere?

8. Addo, inter Consiliarios frequenter adhiberi qui vel Chufi, vel Achiopei partes sequuntur, & alij interdum, qui cum Consiliariis Roboam, vel inclinationes educationis sequuntur, vel ob iuuentutem minus experti sunt, etiæ forte multa legere nullius vñquam proxim sunt adepti, aut qui ventum sequentes, placere volunt magis quam veritatem edicere: Ab his quomodo se totari poterit imperitus Episcopus?] Hucusque Marchant.

9. Nec deferam etiam hic afferte verba Parvis Gerundi, de Episc. tom. 1. lib. 3. disp. 2. cap. 1. num. 24. Ita afferentis, [Fit tertio, Episcopum in sua ordinatione rogatum, an utrumque sacrum sciat Testamentum: afferentemque cum re vera ignoret, nec aequaliter sufficienti saltem ad iuum munus prædictus sit scientias, lethaliter peccare, ut probè Riccardo quo lib. 3. q. 23. A zor. inst. moral p. 2 lib. 3. cap. 28. quæst. 9. Sylvestris Episcop. num. 5. & alij. Ratio est, quia perniciose mentitur, & in grave dænum animarum curam sucipit. Addo, quia proxime se exponit periculo sacilegorum, iniustiæ, aliorumque peccatorum, quibus scatter malæ Praefulatus administratio. Quod si necclaria ad suum munus non ignoret, ut sunt, Authoris Riccardo, mandata Dei, mysteria fidei, virtutes, vitia, iuramenta: addiderim Censuras, Statuta Ecclesiastica magis vñ frequenti, onus, ac rationem visitandi Ecclesias sua. Dicessis, Ecclesiasticos distribuendi redditus, conferendi beneficia, immunitati Ecclesiastica seruandæ, ac defendenda, ac si quæ sunt alia prudenter iudicio ad Episcopale munus pro medicioritate scitu necessaria; rameti præstantissima ceterarum, & harum, quas memoravi, non præstet doctrina; neque ea expressè tenet quæ vitroque præterea continentur Testamento, non peccabit mortaliter, evasæ affirmatiuæ in examine responderit; quia consuetudo, quæ est optima legum interpres, cap. cùm dilectus de consuet. sic prædictam interpretantur questionem Episcopo factam ex supra citatis Authoribus.] Hæc omnia Gerunda, qui postea optimè notat